Item, actus reprobus propter turpitudinem, æqui- paratur actui prohibito, de Jure Divino, crp. ex parte, de consuet. & contra Jus Divinum non valet statutum, quod enim spurii non possint succedere patri, est inductum propter ejus delictum, & ut refrænetur ab illicito coitu, ut in leg. fin. C. de natural. liber. unde contra bonos mores esset, quod Princeps super hoc dispensaret maxi- mè in exclusionem: & cum tam gravi præjudicio legiti- morum: imò, & fortius est, quod voluit Joan. de Imol. in dist. leg. 3. ad fin. quod neque valeret statutum, quod filii naturales tantum succedant patri: quia sic indiffe- renter habilitando naturalem, præberet materiam delin- quendi: & ideo non videtur valere.

Præterea, tale privilegium Principis, quodammodo alios alliceret ad illicitos coitus, videntes posse se impetrare tale privilegium, & omnis consuetudo constitutio jura- mentum, & privilegium per quo nutiri possunt pecca- ta, non valent, secundum Joann. Andr. in cap. extirpan- da, de præbend. super verbo, consuetudine quælibet, pro parte vero contraria facit illa decisio. Neapolitana collecta per Matthæum de Afflic. decis. 99. incipit, si pater, ubi refert bis in duabus causis fuisse judicatum, quod si pa- ter mediante pecunia recepit emphyteosim pro se, & Ti- tio, & hæredibus dicti Titii filii sui spurii, nati ex dam- nato coitu, quod in tali emphyteosi succederet dictus spur- rius, exclusis hæredibus venientibus ab intestato, per no- tat. per Bald. in leg. 2. C. de jure emphtio. colum. 1. dat Bald. rationem: quia non ut hæres: sed mediante stipu- latione veniunt, & sequitur ibi Jalon. in 69. colum. ta- tius tractatus, retuli sup. 5. partit. tit. 8. in leg. penul. su- per gloss. segun se onieren, sic ergo videtur, quod ad ma- joriam possit venire mediante gratia, & privilegio Prin- cipis, adducit etiam, & Matthæus in dist. decis. quod necdum spurio, verum etiam servo, potest de novo da- ri feudum, & emphyteus, ut in cap. 1. §. personam, per quos fiat investiti.

Præterea (ut dixi superius) per Principem potest mi- nui legitima filii, licet non possit tolli in totum, secun- dum magis comm. opinionem: poterit ergo Princeps, reser- vata portione sufficienti ad alimenta filiorum dispensare: ut cætera bona per viam majoriae veniant in spurium: ne- que repugnabit jus divinum allegatum, quia ut dicit Joan. de Imol. in dist. leg. 3. ff. de testam. illa autori- tas non multum urget: quia illud erat quoddam præcep- tum judiciale legis veteris, & non videtur obligare in lege nova ista judicialia, nisi quatenus sunt approbata per habentem auctoritatem legis condendæ, ut habetur in cap. translatio, de consuet. & per Sanctum Thom. 1. 2. quass. 104. artic. 3. de quo etiam in cap. fin. de suc- cession. ab intestat. & in §. bis ita, 6. distinctio. hoc etiam videtur de mente Hostien. in summ. in rit. qui filii sunt legiti- mi. ubi dicit, quod licet Imperator possit legitimam spurios eos ad hæreditatem admittere, non tamen hoc possit legem generalem condendo statueri, quod admit- tantur ad successiorem: quia multa essent, qui non cu- rarent: unde filios haberent, si seirent eos sibi succedere debere: & sic, si non esset legem generaliter conden- do:

do: sed in casu particulari dispensando, videtur de ejus mente, quod hoc possit Imperator. Hoc etiam vult Bald. in leg. eam quam, colum. 9. C. de fideicommiss. ubi dicit, quod non potest Princeps facere legem generalem, quod spurii succedant: quia est indirectè contra bonos mores, sicut neque constitutio valeret, quod quilibet posset adulterari, & incestum committere: & subdit, quod hac ratione non po- rest legitimare nascituros ex aliquo, qui nondum sunt conce- pti in utero: quia est dolus de futuro: sed si essent nati, vel concepti, potest: quia est dolus de preterito, circa quæ non removetur reatus, sed poena, & pro ista parte etiam facit, quod notat Joan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de success. ab in- test. §. fin. ver. sed ex facta, ubi dicit, quod Princeps possit sta- tuere, quod tales succedant patribus, sicut statuit, quod suc- cederent matribus potissimè cum generatione, & natura sint filii, & consanguinei, licet ad comprimentum illicitos col- tus, primo excluderet illos per legem suam, ut in autent. quibus modis natural. efficiant. sui §. oportet, si ergo ad primordium naturæ reducitur spurius, cessat causa que- relandi, leg. 1. C. de imponen. luerat. descriptio. lib. 10. finaliter tamen refert Host. tenere contrarium ubi supra, ista etiam questio latissimè tractatur per Præpositum Ale- xand. in cap. per venerabilem, in versic. quod autem, qui filii sunt legitimi, in 5. quæstion. principali, versic. 8. qua- ro, & in cap. consuet. 10. distinctio. & concludit, necdum hoc posse statui per legem imperialem: verum etiam per aliam legem civilem, vel statutum: nam ex quo per legem civilem peccatis possunt succedere, ubi etiam militat ratio peccati vitandi: ita etiam sit lex admittenda, si statuat, quod succedant patribus. Adducit etiam, quod istæ successiones sunt de jure civili delate, licet in fi- liis hoc fudeat naturalis ratio, ut in leg. cum ratio, ff. de bonis damnæ. ideo jus civile potest eas modificare, & argere, & circa eas disponere, juxta notata per Dyn. in regul. indultum, de regul. juris, libi 6. nec erit facien- da differentia inter natos ex damnato coitu, & alios secun- dum eum: quia prædicta fundamenta militent in utrisque, licet Bald. in leg. 1. C. de jur. aureo. annu. fa- ciat inter istos differentiam: cum quo etiam videtur tran- sferre Decius, in cap. in presentia, de probat. num. 43. quia secundum eum cum differentia Bald. fundetur super pec- cato, non procedit: quia in utroque est peccatum mortale, licet in natis ex damnato coitu, sit majus ibique respondet ad principale motum tenentium statutum tale non valere, scilicet, quia dare videtur occasione peccandi: nam secundum eum illud procederet, ubi lex directè disponeret ad peccatum: secus si à remotis: nam causa remota non ordinatur directè ad effectum: & ideo non habetur in consideratione, leg. qui demum habebat, ff. loca, in fin. leg. Neratius, ff. de servo corrup. cap. de occidendis 25. quass. 5. cap. exhibitæ de homicid. alias di- ceremus, quod lex evangelica, quæ prohibuit repudium dari uxori, per virum esset iniqua, si contingeret, quod ob hanc causam indissolubiliter occideret aliquis uxore suam, quam haberet exosam, & illud dictum non erit hæres. &c. quod etiam resultat Apostolus ad Galatas 4. vers. 30. non obstat, nam secundum eum Apostolus lo- quitur, secundum illas leges, quatenus erant, & nunc sunt: per hoc tamen non dicunt, legem imperialem su- per hoc de novo ad non posse: facit etiam pro ista parte communis Doctor. conclusio, in leg. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis, & posthumis, qui dicunt, Prin- cipem posse legitimare filios illegitimos in prejudicium filiorum legitimorum, & istud fuit secutus Bald. in dist. §. & quid si tantum, & in dist. §. filii nati, si de feud. fuer. contro. inter domin. & agna. & in leg. cunctos po- pulos, C. de summo. Trinit. & Fidei Catholica, & in leg. 1. C. de jur. aureo. annuo. quoniam. Et de isto jure partiarum, hoc est dictum per legem finalem, tit. 15. 4. partit. ubi vide, quod dixi, & licet ista questio pro utraque parte satis sit disputabilis. Mi tamen magis placet 1. opinio, vel- luti justior, & æquior, & bonis moribus, & honestati congruens, & quia ut habetur in Evangelio, non est bo- num fumere panem filiorum, & mittere canibus, & il-

lud Apostoli, si filius ergo hæres, & quia licet exclusio legitimorum non habuerit fontem à Jure Divino, ut su- pra dictum est, sed tantum à jure civili, & lege positi- va: cum talis res ita sit rationabilis, & honesta Princeps, est obligatus ad observantiam talis legis à difamine ra- tionis, quia est animal rationale, & à tali difamine ra- tionis, Princeps non est solutus, sicut neque à lege æter- na, vel naturæ, ut tradit Bald. in leg. 2. colum. 7. C. de servitus, & alibi, dicit idem Bald. quod licet Principis sit suprema auctoritas: tamen naturalis ratio auctoritate ejus mutari non potest, in leg. si non speciali, C. de testament. & quia si lex reputabat absurdissimum, quod exarbitris legitimis naturales sibi introducantur in successione, & si legitimentur, ut in autent. quibus modis natura efficiant. sui. in §. tribus, multo magis reputari debet absurdissi- mum, si ita spurius introducatur, ut legitimis excludat, quasi à tota successione: enormiter namque ledere in legiti- mos, est idem, quod in totum tollere, ut dixi, in leg. 11. tit. 4. supra ead. partit. & in hanc sententiam incli- nat ille vir sumus feudistica, & Christianus vir Andr. de Isten. in §. naturalis, si feud. fuer. contro. inter domin. & agna. & quia illa opinio, quod non valet statutum, quod spurius succedat, est magis communis opinio, & qui eam impugnant loquuntur, quando non essent filii legitimi: & licet Imol. & Francisc. de Aret. in dist. leg. 3. ff. de testament. conentur responções dare ad illud Ju- ris Divini, ejice ancillam, &c. video illam auctoritatem adductam per Sanctum Ambrosium, & postiam in volum. Decretorum, in dist. cap. dicat aliquis, quam auctoritatem etiam Bald. in leg. cunctos populos, in 4. fol. C. de summo. Trinitat. & fidei Catholica, exponit, id est, non erit hæ- res filius concubinæ cum filio uxoris legitimæ, & quia lex illa partiarum loquitur in filiis naturalibus legiti- matis, ut patet ex ferie illius tituli, & intelligitur, ut ibi dixi, de legitimatis ante natiuitatem filiorum legiti- morum, & naturalium, ut ibi dixi, quod etiam, & ho- die non admittit, dist. leg. Taurina, pro ista etiam parte, bene facit doctrina Bart. in extravagan. ad reprimendum, in gloss. super parte videbitur, in versic. 2. causa principali.

Bene tamen fateor, quod possit Princeps concede- re privilegium facienti majoriam, quod possit vocare fi- lios, vel nepotes spurios ad majoriam, eo casu, quo de- ficerent filii legitimi, sicut & alias in defectum aliorum- lex habilitat spurios, ad honorem publicum decurionum, leg. generaliter, §. spurios, & leg. spurii, ff. de decu- rion. & in propriis terminis ita consuluit Decius, in consil. 271. incipit, in causa transmissio de Hispania, versic. post- tremo, penult. colum. & fin. & intellige, & limita, ut dixi, supra 5. partit. tit. 8. leg. penult. in fin. gloss. super parte, segun se aviene, non tamen ex tali facultate possit vocari spurius ad majoriam dignitatis, veluti ad duca- tum, vel comitatum ex eo, quod not. Bald. in leg. eam quam, colum. 10. C. de fideicommiss. versic. quæro utrum legi- timatus, ubi querit, utrum legitimatus ad feuda, com- prehendatur sub isto generali vocabulo ad feuda digni- tatis, & respondet, quod non: quia dignitas, vult dig- nos utero, non impetrato beneficio indifinitè: nam ta- lis interpretatio non extenditur ad cutata, neque ad dig- nitatem, quoniam in illis reddit se Princeps difficiliorum in concedendo, ad quod vide bonum textum, in cap. cum in illis, de præbend. lib. 6. & cap. fin. de præbend. 2. vo- lum. col. 13. versic. quarta principalis conclusio, quoniam argument. dist. cap. cum illis, in princ. videtur dicendum, quod si in majoria essent castra, & villæ cum jurisdictione, & vassallis, quod ex tali generali facultate, spur- rius ad ista non possit vocari, & quia habere vassallos est dignitas, cui jurisdictione inest, ut dicit Bald. in versic. Marcio. ad fin. de his qui feud. dare poss. hoc tamen non firmo ex eo, quod hodie jurisdictiones vendantur cum territoris, & vassallis, & rulticus possit esse capax: & quia major ratio militat in cura animarum, de qua in die. cap. cum illis, quam in jurisdictione temporalis.

Et si filius, qui in defectum legitimorum, vocaretur ad majoriam, esset filius naturalis, crederem non esse necessariam ad hoc specialem principis concessionem: cum de jure communi, & isto partitum pater potest deficientibus filiis legitimis, relinquere bona sua filio naturali tantum, ut in *authen. licet, C. de natural. liber.* & in *leg. fin. tit. 13. infra ead. partitar.* & si habeat ascendentes legitimis, ut in *leg. 10. in ordin. Tauri*, & satis bene hoc probatur, in *leg. 27. in ordin. Tauri*, neque ad hoc obstat text. in *leg. si is qui, ff. de vulgari, & pupillari*, cum gloss. ibi quatenus exemplificat illam legem in filio naturali, ubi habetur, quod si pater substituat filio legitimo, & naturali impuberi filium naturalem patris, quod talis substitutus adveniente casu substitutionis, licet possit habere ex institutione bona pupilli: non tamen bona patris, in quibus alias non poterat extantibus legitimis, succedere, propter eum in capacitatem: nam de necessitate, lex illa debet intelligi prout Joan. de Imo. eam intelligit, in *leg. Lucius, ff. eodem*, quando ultra pupillum habet alius filius legitimus: alias autem substitutus pupillaris admitteretur, etiam ad bona patris, quod Alex. ibi *col. 3. in princip.* dicit summe esse notandum, pro limitatione illius legis, & licet iste intellectus aliquantulum divinet, secundum eundem Joann. de Imo. tamen dicit esse tenendum, ut evitetur contrarium, quod alias posset formari, de *dicta leg. Lucius*, & cum isto intellectu, tenet etiam Alexand. in *dict. leg. si is qui*, & ratio suadet, quia cum exclusio naturalis, quoad bona patris non sit propter favorem pupilli: quia imò favor pupilli esset, quod naturalis substitutus caperet etiam bona patris, argumento *leg. si pupillus, ff. de acquirenda hereditate*, restat dicendum, id statutum fuisse propter favorem aliorum filiorum legitimorum, quibus non extantibus, nihil repugnat: quin etiam bona paterna naturalis capiat ex substitutione, & cum dictam L. Lucius, permittat filium naturalem venire ad totam hereditatem ex substitutione, legitimo repudiante: & sic, quod succedat ex vulgari, idem dicendum est in fideicommissaria substitutione: cum etiam per utranque succedatur testatori, *leg. coheredis, §. cum filia, ff. de vulgari, & pupillari, substitutus*. Unde non stante alio filio legitimo, poterit pater filium gravando, ex facultate regia vocare naturalem in defectum descendendum legitimorum, & quod idem sit dicendum in fideicommissaria, quod in vulgari, tenet Alexand. in *dict. leg. si is qui*.

Quid autem si cum habere filium spurium, quem ex errore juris credebam legitimum, & communi opinione talis reputabatur, feci in eum majoriam an tenebit? Vide, quod dicit Bald. in *leg. si arbiter, versic. pone habebam, C. de sentent.*

Adverte etiam circa prædicta, quod & si expressè non vocetur filius naturalis ad majoriam in defectum legitimorum, ex eo, quod quis fecit majoriam in filium majorem, & ceteros descendentes ordine primogenituræ videtur, quod sit vocatus filius naturalis deficientibus legitimis, *leg. cognoscere, §. liberorum*, & ibi gloss. & Bart. *ff. de verb. signific.* videnda tamen sunt in hoc, quæ habentur, & notantur in *leg. ex falso, §. si quis rogatus, ff. ad Trebel.*

Adverte etiam, quod licet vigore facultatis regie hoc concedentis, ut possit facere majoriam in unum ex filiis, quem elegerit pater, possit eligere talem filium, si ipse eligat inter filios, filius sic electus non poterit eligere unum ex suis filiis: sicut poterat pater, videtur pro hoc casus in *leg. liberi, ff. de assignan. liber.* & quia concessio regia, non extenditur ultra primam vicem, *leg. boves, §. hoc sermone, ff. de verb. signific.*

Et potest dici, quod vigore talis licentiæ regie, quæ est in usu, quod possit facere majoriam, cum vinculis, restitutionibus, & submissionibus, quibus vellet, quod poterit condens majoriam dare filio suo legitimo, quem fecit majoriam potestatem eligendi unum filium, quem vellet, ut in ipsa succedat, licet in casu, quo non concederet, succederet major, ut dixi (cum hoc sit de more majori-

carum Hispaniæ) cum Princeps ejus arbitrio hoc reliquerit, tenebit talis ordinatio. Non tamen poterit talis filius, quem elegerit, eligere temporaliter, seu usque ad certum diem: imò talis electus pro filium, debet habere majoriam toto tempore vitæ suæ, hoc probatur per text. in *leg. fin. §. ex die junctæ, leg. 1. quibus gloss. ibi allegat, ff. de assignan. liber.* quod sine dubio procederet, quando ex verbis primi disponentis apparet, quod sic electi debeant possidere ad vitam, ut si investituræ tenor, seu majoritatus diceret: filius meus eligat unum de filiis suis, tempore suæ mortis, & ille sic electus, possit etiam tempore suæ mortis, vel in vita eligere unum de filiis suis, idem tamen crederem, & si ista verba, vel similia non essent in institutione majoriæ: nam talis electio non debet esse temporalis, usque ad certum diem, *argumen. dict. leg. fin. §. ex die, cum gloss. ibi*, & quia tam Princeps: qui facultatem concedit, quam conditor majoriæ, in vocationibus, & fideicommissis, quæ faciunt habere, videntur respectum ad consuetudinem majoratum Hispaniæ, quæ est, ut succedatur ad vitam, non ad certum diem: ut in simili, tradit Andr. Sicul. in *confli. 10. sapienter scribitur, in princ. & per totum, 2. volum. & Decius in confli. 397. viso puncto, 3. volum.* & juxta notat per Bart. in *leg. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebel.*

Adverte etiam, quod vigore talis facultatis, non videtur Princeps concedere, quod faciat majoriam in favorem filii, qui sit inimicus Regis, bonus text. in *leg. Lucius, §. Lucius Titius damam, ff. de legat. 2. facti bene lex fin. C. de pact. inter emptio, & vendit. per quam l. gloss. & Bald. in cap. 1. in princip. de prob. seu. alie. per Federic. ubi Bald. *col. 3.* dicunt, quod si dominus det licentiam vendendi feudum amico, non poterit vassallus vendere inimico domini, & facit, quod not. idem Bald. in *§. porro, col. 1. qua sit pri. caus. benefic. amir. de vassallo si de jubente pro inimico domini*, adde, quod not. Bart. in *extravagan. ad reprimend.* in gloss. verbo super, *videbitur, versic. 2. casu principali*. In contrarium tamen facit, quod not. Bald. in *leg. id quod pauperibus, col. 8. versic. 22. queritur, C. de Episcopis, & cleric. in quest.* an executor testamenti possit eligere pauperem inimicum testatoris, ubi dicit, quod si talis erat odiosus, & indignus, quod tunc non possit eligi per notat. in *leg. fideicommiss. C. de fideicommiss. secus si erat odiosus, & non indignus: quia cum testator decessit confessus, & contritus, istud odium remittit in extremis, ut notatur, *instit. de injur. in fin. & subdit*, quod de hoc fiat articulus.**

Sed an comprehendatur filius posthumus in facultate, ad faciendum majoriam in unum ex filiis? Videtur, quod sic, ut in *leg. si quis operas, ff. de oper. liber.*

Sed pone, quod quis impetravit à Principe licentiam faciendi majoriam, in unum ex filiis suis simpliciter, non adjecto, quod possit gravare in legitima alios filios, an poterit gravare virtute talis facultatis? Dicendum est, quod non, & si Rex licentia poneret, ut liberè posset per textum notari, in *leg. si quando, in princ. C. de inefficacio testamento*, & tradit in specie Rodericus Suarez, ubi supra *fol. 66. col. 1.* & adde, quæ notat Abb. in cap. dilecti, de judic. *versic. quid si potestas, cum sequentibus*. non ergo vigore talis simplicis facultatis, poterit ponere aliquas condiciones, contra jus: ut patet ex prædictis.

Sed an ille, qui habet licentiam regiam ad majoriam faciendam in filium, si non haberet filios legitimis, possit illam facere in filium spurium, tetigi supra, & crederem, quod non: quia in tali generali licentia non comprehenditur incapax, ut in *dict. leg. Lucius, §. Lucius Titius damam*. & quæ notat Bald. in *leg. eam quam, C. de fideicommiss. & facit bene*, quod not. Paul. de Cast. in *leg. Lucius, §. in testament. ff. de legatis 1.* in questione illa de testatore, qui instituit uxorem, & gravavit, ut post mortem suam restitueret, vel distribueret bona inter pauperes, quos sibi placuerit uni, vel pluribus, & dicit Paul. quod in tali generali gravamine, non includitur persona incapax, *argum. dict. leg. Lucius, §. Lucius*

Titius damn. allegat etiam Specul. *tit. de instrument. editio. §. nunc vero aliqua, in addition. incipien.* continuatur etiam hic alia quaestio. & idem voluit Batol. in *leg. fin. ff. de his quibus, ut indign. in ead. quaest. licet Paul. ibi referat Bart. in contrarium.*

Talis etiam licentia non prodest; quantumcumque latissima esset data potestas: si ille cui datur, esset incapax factiois testamenti, vel disponendi ass. de suis bonis, ut text. cum gloss. in *leg. verbi, ff. de verbor. signific. facti, §. in extraneis, institut. de hered. qualitat. & differ. & etiam dicta lex, si quando in princip. adde pro hoc bonum text. in cap. si graciosè, in fin. de rescrip. lib. 6. & cap. dudum, 2. de election. & sic in hoc magis vincit, seu operatur impotentia, quam privilegium, text. & ibi Bald. in *leg. Titius, §. Roma, ff. de excusation. tutor.* quia secundum Philosophum, actus activorum sunt in patienti bene disposito, *cap. venerabiliter, de election. quod intellige, nisi Princeps sciens illum incapacem ea in capacitate, super qua Princeps dispensare posset, dedisset ei hanc facultatem: quia videretur cum eo dispensare, leg. idem Vipian. ff. de excusat. tutor. leg. quidam consulebant, ff. de re judi.**

Ex quo potest dici, quod si Rex facta illi relatione, quod quis possidebat aliquam villam titulo majoriæ, de diti liberam testandi factionem de tali villa, ei qui illam possidebat, quod ex tali licentia poterit disponere, etiam in præjudicium sperantis majoriam: quia erat sequens vocatus, & ad hoc vide bonum text. in *leg. etiam in princip. ff. de bon. liber. quod procedere forte posset in majoria, quæ habetur in leg. civili, vel à solo Principe, non tamen forte in ea, quæ haberetur ex contractu, seu de jure gentium, in quo Princeps non dispensat, ut plene deduxi, in quadam mea allegatione, in favorem Marchionis de Montemayor.*

An autem vigore talis facultatis, quæ sibi conceditur, ut faciat majoriam in unum ex filiis, possit duas majorias facere, in duos, vel plures ex filiis, vel plures filios vocare ad eandem majoriam? Videbitur, quod non per text. in cap. recipimus, & cap. porro, de privileg. ubi habetur, quod in privilegiis debet servari juxta eorum tenorem, pro hoc etiam videtur text. in *leg. qui solvendo 1. ff. de hereditibus institut. & ibi gloss. not. ex qua videretur dicendum, quod teneret prima majoriæ constitutio, non vero secundæ. In contrarium tamen est bonus text. in *leg. 1. in princip. juncto, §. quamvis, ff. de assign. liber. cujus verba sunt*, quamvis in singulari sermone Senatufconsultum scriptum est, tamen, & pluribus liberis, & plures libertos liberatave, posse assignari certum est. Item, etiam si testator mandaverit restitui rem uni de familia, potest fieri restitutio duobus, *leg. unum ex familia, §. si duos, de legatis 2.* & ibi Bart. & Joan. de Imol. & Paul. de Cast. & Bald. in *versic. itaque, ejusdem legis*, & per Bart. in *§. sed & si fundum, ejusdem legis*, ubi idem vult esse de contractu, ut si rogetur restituere pluribus, possit restituere uni tantum: & sic si data esset licentia ad majoriam in plures filios, poterit fieri unum tantum, & istam partem credo veriorē: nam licitum est recedere aliquantulum à forma data per disponentem: dummodo non recedatur à mente, ut not. Bald. in *dict. leg. unum ex familia*, Imol. in *dict. §. si duos*, cum enim mens Principis sit dare in hoc istam facultatem, ita ut regulatur secundum voluntatem, & dispositionem ejus, cui dat: de mente Principis est concedere in unum, vel plures, prout condens majoriam voluerit, sicut etiam in *dict. leg. unum ex familia, in princ. & §. si duos*, mens testatoris servatur, quæ fuit ne res exiret de familia, quod conservatur, live restituit uni, si ve pluribus de familia: & presertim procederet, ubi bona essent tanta, quod sufficerent ad unam, vel plures majorias, prout etiam tradit Paul. de Cast. ubi supra, cum tractat de relicto pro hospitali fabricando, quod possunt per executores fabricari plura, si bona sufficiunt, hoc etiam confirmatur, *ex leg. 19. in ordinament. Tauri*, ubi habetur, quod licet ex lege fore permissum, fuerit meliorare in tertio unum ex filiis, poterit pater, si voluerit meliorare plures, cujus opinionis fuit Doct. de Segura.*

ra, in repet. *dict. §. sed & si fundum, fol. 8. col. 2. versic. 6. & fol. 14. col. 1. in fin.* & hoc plane procedit, quando licentia data fuit, ut possit majora fieri in unum filium: quia quod fiat in plures, major favor est filiorum, & mens concedentis non repugnat, quando vero licentia data fuit, ut possit facere in duos, vel plures filios: tunc non videtur, quod possit tantum fieri in unum: quia hoc esset in damnum alterius filii, cui etiam Princeps voluit providere, unde non videtur, tunc posse à forma licentiæ recedi per supradicta, & non obstat, quod habetur in *dic. §. itaque, & §. sed & si fundum*, quia ibi non repugnabat mens testatoris, quæ fuit, ut bona remaneant in familia, quæ etiam isto modo conservatur, & bene facit, ad hoc, quod per illum text. not. Bart. in *leg. 1. ff. de opt. lega.* ubi dicit, quod si testator jubet distribui bona sua inter pauperes, eligendos per talem, quod tribui non poterit eligere unum tantum, & ei date omnia, allegat etiam, *leg. 3. ff. de ann. lega.* Joan. de Imol. tamen in hoc de uno tantum paupere, an possit eligi? Vult in *dic. §. si duos*, inspiciendas esse aliquas conjecturas, ut ex eis constet de mente testatoris, vide ibi per eum. Ex prædictis patet respons. ad *dict. leg. qui solvendo*: quia ibi tractatur, de præjudicio creditorum, quod in questione prædicta, an possit fieri due majoriæ, cessat.

Et an virtute facultatis faciendi majoriam in unum ex filiis, possit facere filio, qui est in potestate per viam donationis? Videtur, quod sic, *ex leg. 17. in ordinament. Tauri*, & ex *dict. Bald. in authen. si quas ruinas, versic. juxta hoc quæro utrum, C. de Sacrosanctis Ecclesiis*, Paul. in *leg. si quando, in princip. ff. de legatis 1.* & an possit fieri in posthumum, vid. *leg. antepenult. ff. de legatis 1.* quod sic, & an in filium extantem apud hostes, vid. *leg. illa, §. 1. ff. de hereditibus instituentis*, & text. cum gloss. in *leg. heredis, ff. quando dies lega. edit.*

Sed pone, quod Rex concessit privilegium faciendi majoriam, in unum ex filiis: cum pater plures filios haberet, an poterit facere majoriam in nepotem ex uno ex filiis? Est advertendum ad decisionem hujus quaestiois, quod appellatio filii non comprehenditur nepos, quando agitur de præjudicio alterius, ita quod est merum privilegium: secus si esset beneficium, secundum Bart. in *leg. liberorum, 220. col. 3. ff. de verbor. signific. text. & ibi Bald. in leg. sed & milites, in princ. ff. de excusation. tutor.* Bald. in *§. quia vidimus, de his qui feud. dare poss. unde videtur, quod non possit fieri majoria in nepotem extantibus aliis filiis, ipsi tamen deficientibus, si eveniret casus, quod unicum tantum haberet nepotem naturalem, & legitimum ille comprehenderetur sub licentia, quatenus tamen tangeret in præjudicium legitima, necessarius esset consensus talis nepotis, juridicè præstitus juxta id, quod habetur in *leg. si quando, §. & generaliter, C. de ineffic. testament.* & licet tali casu sine licentia Principis, fieri poterat majoria: adhuc tamen multum esset Regis licentia profusa, ut vincula, & submissiones, & restitutiones extendantur ultra quartam generationem, juxta ea, quæ habentur in *authen. de restitut. fideicommissi*, & ad alia, veluti ad impediendum ex prohibitione alienationis, translationem Domini: si tamen nepos esset bastardus, seu naturalis, tunc non comprehenderetur: cum ut superius dixi, Princeps videatur intellexisse de filio legitimo, & naturali: unde in dubio non comprehenderetur, nisi aliud constaret, de voluntate Regis, & quod superius dixi, quod stantibus aliis filiis, nepos non comprehenderetur in facultate, intelligerem nisi pater talis nepotis decessisset, quia cum tunc intret in locum patris, videtur, quod in eo possit vigore facultatis constitui majoria, ad quod facit bene doctrin. Bart. in *dict. leg. liberorum, col. 4. quod statutum*, quod extantibus filiis familia non succedat, procedat stante nepote mafculo, patre mortuo: & procederet hoc, & si in licentia regia continetur, quod possit facere majoriam in filium ex se natum: nam mortuo patre nepotis, comprehenderetur nepos, ex notatis per Bart. in *dic. leg. liberorum, ad fin. col. 5.* & intellige juxta prædicta, quando iste nepos existentibus aliis filiis,*

illis, intrare locum patris, vel si esset solus, fieret de ejus assensu quatenus tangit sibi præjudicium in legitima, per ea, quæ dixi, & Bart. tradit in *dist. leg. libertorum, columna 3.* & gloss. in *leg. filii, ff. eod. de verbor. signific. Imo, & forte posset dici, quod dato, quod viveret pater talis nepotis, si majoria fieret in nepotem, teneret, & videtur relicta filio, ex quo ejus contemplatione relinquatur nepoti filii ejus, pro quo videtur bonus casus, qui loquitur in fortioribus terminis, in *leg. 2. cum princip. §. 1. legi sequentis, ff. de assign. liber. & facit lex dedit dotem, ff. de collat. bono. & ibi Bart. & LL. qua disponunt, quod aliquid relinqui patri, sufficit, si relinquatur ejus filius in potestate, *leg. 3. ff. de legat. pref. & tuenda est dispositio patris, ut salvetur meliori modo, quod possit, leg. penult. ff. de testament. milit. & confert ad hoc, leg. 18. in ordin. Tauri, & facit bonus text. in leg. 2. §. si mater, versic. ff. de quid si nepotibus, ff. ad Tertulianum, qui text. etiam in materia pœnali loquitur, crederem tamen idem esse verum, quod stante filio non posset facere in nepotem, vid. Alex. in *leg. hæres mei, §. peto, ff. ad Trebellianum, & quod non acquiratur patri, videtur casus in leg. sed si mortis, §. hoc autem, ff. de lega. pref. & ibi Bart. nisi fieret nomine patris conferendo acquisitionem patri, ut est text. ibi in *§. sequent. & Bart. in dist. §. hoc autem, & vide Socin. consil. 241. colum. 10. volum. 2. & adde ad prædicta Bart. quod non possit fieri in nepotem filio stante, in leg. Gallus, §. etiam si parente, ff. de liber. & postibus. & Joan. de Plat. in *leg. 1. C. de privileg. eo qui in sacro Pala. mibi. lib. 12.******

Quid tamen, si vigore regie licentæ datæ in forma solita, pater inter vivos, seu per viam ultimæ voluntatis, constituit nepotem in unum filium, post cujus mortem vocabit majorem ejus filium, & filius in vita patris decedit, nondum habita majoria, an tenebit constitutio in personam nepotis? Christophor. de Mies. vir præclari ingenii, & satis mi venerandus, qui obiit sub religione Seraphici Francisci, qui composuit tractatum intitulatum, triumphus Christi, contra infideles: in quadam ex multis quæstionibus per eum motis in ista materia majoriæ, quos in discursu sui studii collegit succindè, & non plene calamo: sed indigestè sperans dante Deo plenius tradere, in quæstione ista inclinavit, quod non teneret majoria in personam nepotis, nihil allegans nisi tantum, quod videtur nova majoria in personam nepotis, ad quem facultas non extendebat, quando nepos esset solus, & non starent alii filii juxta ea, quæ supra dixi, solum allegabat notat. per gloss. in *dist. leg. filii, & per Bart. in dist. leg. liberorum, col. 3.* Ego vero in quæstione ista contrarium tenerem: quia ex quo avus constituit majorem cum facultate in filium, cui substituit ex vigore ejusdem nepotem, licet filius decedat vivo patre, & avo nepotis, nepos venit ex majora facta per dictam facultatem, & in persona ejus non est nova majoria: sed antiqua, *argum. leg. unum ex famil. §. 1. ff. de legat. 2. & quia sive dicamus substitutionem hujus nepotis vulgarem, vel compendiosam, non est, quod obstat quæstioni ex vulgari, ut in *leg. si pater filium, ff. de vulgari. & pupil. leg. Thais, §. splendoporus, ff. de fideicommiss. liber. gloss. & Bart. in leg. Gallus, §. quidam relicti, ff. de liber. & postibus. quod etiam procedit, etiam si institutus vocetur ex vulgari contenta in compendiosa: nam, & si institutus decederet vivo testatore, substitutus admittitur ex vulgari: sic incompendiosa contenta, secundum Cyrum in *leg. præcius, C. de vulgari. & pupilari. Bald. §. volum. consil. 170. incipit, quidam Nicolau, confirmatur etiam ex decisione, leg. Lucius, que est antepenult. in §. filiam, ff. de legat. 2. ubi habetur, quod relicti in defectum institutorum, & substitutorum, censetur repetitum ab institutorum, & substitutorum ab intestato: & si non apponatur alia causula codicillaria, facit etiam, *leg. hac conditio. in princip. ff.****

de conditionibus, & demonstrationibus.
Sed quid, si Rex concessit facultatem faciendi majoriam in unum ex filiis, quem vellet eligere, & fecit in unum ex pluribus, qui vivo patre decedit sine filiis, & majoria revera est ad patrem, an poterit ejusdem facultatis vigore eligere alium filium, & in eum facere majoriam? Casus videtur, quod non, in *leg. cujus bonis, ff. de cura. jurio. & quia facultas expiravit in prima electione, leg. boves, ff. hoc sermone, ff. de verbor. significat. quod de plano videtur procedere, si primus filius acceptavit, & habuit majoriam, & sic actus vigore facultatis fuit perfectus: si enim non venit in filium majoria, & ante ejus acquisitionem mortuus esset, videtur, quod possit eligere alium filium, *argum. c. si compromissarius, & cap. si electi, de elect. lib. 6. & tradit Oldrad. consil. 17. incipit, Papa servavit, & conferunt, quæ, tradit Felin. in cap. innovamus, de treuga, & pace, in limitatione revocasset illam in casu, quo potest per II. Taurinas, videtur, quod non possit sine nova facultate, iterum illam facere per dict. §. hoc sermone, & leg. multum notabilem, in *leg. matrimonii, ff. qui, & à quibus manu. libe. non fiant, leg. cum vir, ff. de conditionibus, & demonstrationibus.***

Quid autem, si Rex concessit licentiam faciendi majoriam, in talem filium, puta Petrum an possit pater, eo mortuo facere majoriam, incipiendò a persona nepotis filii illius defuncti? Et videtur tali casu dicendum, quod non per text. nota. in *leg. si ita quis, in princip. ff. de testat. tate. in versic. si quis filio, in gloss. parvula, ibidem: cum dicit non expressio prioris nomine, ubi etiam Bart. colligit, quod appellatio filii expressio nomine proprio, non comprehendit alium, quam filium sic specialiter nominatum, facit *leg. Gallus, §. institutus, & per totam illam leg. ff. de liberis, & postibus ubi institutio facta de filio, non extenditur ad nepotes, & facit, quod not. Bart. in dist. leg. liberorum, colum. 2. versic. aut tractamus, ubi allegat dict. §. institutus, adde text. cum gloss. in *leg. Neratius, ff. de regulis juris.***

Et idem esset eadem ratione dicendum, ut concessa facultate in talem filium, quod illo mortuo, non poterit fieri in alium per prædicta.

Sed pone, quod dedit Rex facultatem faciendi majoriam in filium Titium, qui mortuus est, & postea natus fuit sibi alius filius, quem vocabit pater similiter Titium, an poterit in illum constituere majoriem? Videbatur, quod sic, per text. not. in *leg. filie, §. à Titia, ff. de condition. & demonstrationibus. qui videtur esse casus quæstionis. Contrarium tamen credo: quia destructa re, destruitur etiam privilegium: & si reedificetur, non habebit illud privilegium, nisi ejusdem privilegiantis auctoritate fiat, per notata per Doct. signanter per Jonn. de Imol. in *leg. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verborum obligation. ad finem, sic etiam videmus, castra vetera inhabitata rescil non posse, nisi auctoritate Principis, secundum Innoc. in cap. Pisanis, de restit. spoliatorum. Bald. in *leg. 1. versic. in initio, ff. de offic. præfetti. urb. facit etiam, leg. pater, §. Tusculanus, ff. delegat. 3. neque obstat, dist. lex filia, §. à Titia, quia ibi sumus in casu, qui tantum pendebat à voluntate testatoris, de cujus mente ideo præsumitur, non revocasse legatum ancillæ Agatheæ, de qua ibi: quia aliam, quam post alienationem primæ Agatheæ habuit, vocabit eodem nomine Agatheam, in quæstione vero nostra, hoc non dependet à potestate patris constituentis majoriam: sed à potestate, & licentia Regis, & hujus sententiæ fuit dictus Christophor. de Mies. vir doctissimus in suis quæstionibus.***

Quid autem, si Rex concedit licentiam faciendi majoriam, prout ipse vellet, liberam sibi in hoc potestatem concedens, an per hoc solemnitates juris civilis, & incapacitates hæredum videntur sublatæ, ut sic tali casu possit relinquere majoriam alicui incapaci? Videtur, quod sic, ut in *leg. 1. juncta, leg. neque, in §. deportati, & quæ ibi Bart. ff. de testament. milit. cogita tamen, & vide, quæ superius dixi, & per talem clausulam non tolluntur ea, quæ*

quæ sunt juris naturalis, sed quæ sunt juris civilis.

Quid autem, si quis fecit majoriam cum licentia Principis, quæ expiravit post factam majoriam, postea verò constituit cancellavim, seu incidit instrumentum majoriæ: postmodum poenitentia ductus, vult illam valere, an possit? Et videtur, quod non: quia licentia expiravit per constitutionem validam, quæ facta fuit: unde cum pœnitent, & vult, quod valeat, reperitur sine licentia, & facit text. in *leg. penult. §. fin. ff. de bonorum possessio. contra tabul. ibi, neque putaverit quilibet nuda voluntate constituit testamentum.*

Præterea, eadem solemnitas requiritur in actu reparando, quæ in faciendo, *leg. si ut proponis 2. C. de nupt. & quod ibi not. Bald. & multa in materia cumulat Jason. in repetit. leg. quominus, ff. de fuan. in fin. quæst. de Molendino in totum destrulto. In contrarium tamen videtur, quod not. Abb. per text. ibi, in cap. per tuas, de donation. in 4. nota. ubi not. quod qui reintegrat, non dicitur de novo facere: unde licentia prius concessa, durat in tali reintegratione, & dicta lex si ut proponis, non videtur obstat: quia ibi erat jus patris quæsitum ex divortio ad dotem, quam dedit filie: in casu vero proposito, nullum jus erat quæsitum Regi, ita ut ab eo nova licentia requireretur. Præterea de mente Principis fuit concedere licentiam, nedum ad primum adum constituendi majoriam, licet validum: sed etiam ad secundum actum, si primus ex aliqua causa corruerit: sciebatur enim Princeps, istum actum de sui natura revocabilem, usque ad mortem, *leg. 44. in ordinament. Tauri, unde juxta naturam actus, videtur dedisse licentiam, argum. leg. fin. & quæ ibi notatur, C. de non numer. pecun. & etiam de constitutione majoriæ, quæ effectum habere, sensu non de revocabili, juxta ea, quæ latè tradit Felin. in cap. 2. de treug. & pac. ad intellectum, leg. boves, §. hoc sermone, ff. de verbor. signific. & conferunt multum in ista mater ia notabilia verba Bald. per text. ibi, in cap. cum accessisset de constitut. colum. 5. num. 171. ubi not. hoc verba. Item not. quod ubi refulgit dignitas, refulgit confirmatio dignitatis: quia refulgit per dispositionem juris communis: neque est opus, quod Papa de novo confirmet statutum, super hoc dictum, ex quo non intelligitur nova creatio: sed quodammodo redire ad naturam suam, facit *leg. deferre, §. fin. ff. de jure fisci. leg. fin. ff. de minor. ibique responderet Bald. ad dict. leg. si ut proponis, & Paulo inferius eodem numero dicit: oportet, quod in nova creatione interveniat auctoritas Summi Pontificis: sed in reparatione non requiritur nova auctoritas Papæ, subditigitur notabilia verba portò, non dicitur omnino extincta, quando superest aliqua spes, vel indicium reparationis, vel aliquis habitus, vel figura remanet, vel memoria in codicibus ecclesiæ non cancellatis, allegat. leg. peculium, §. si opem, ff. de pecul. quod satis confert ad quæstionem istam: nam hic licentia Regis, non fuit incissa: sed mansit originalis, & in registro, quam cum construens non incidisset, seu incidit fecisset, non fuit actus majoriæ totaliter destructus: nam manserunt reliquæ licentiæ (vide quæ dixi in *leg. 24. tit. 1. ead. partit. & leg. fin. ff. de bis que in testam. delent.) imò, & in fortioribus terminis ego induco dict. cap. cum accessisset: nam certum est, quod nova dignitas non potest creari in ecclesia, sine licentia Papæ, ut in cap. 1. 22. distin. & tamen ea ratione: quia ab antiquo illa dignitas primiceriatus, de qua ibi fuit in illa ecclesia, licet postea auctoritate Papæ, illa dignitas fuisset extincta: tamen potuit folum capitulum illam reparare ex primæ licentia, licet extincto auctoritate Papæ facta fuisset, quod est singulare ad istam quæstionem, ut & si Rex concessisset revocationi majoriæ factæ: per consequentem tantum, si constitutus valet pœnitentia, & reparare majoriam, poterit ex primæ licentia.****

Et quid, si licentia Regis detur Titio committi, & sic sub nomine proprio, & dignitatis: an si Titius comes illa non utatur, poterit uti ejus successor? Decide ex his, quod dicit Bald. in cap. 1. §. Marchion. versic. Pone concessum est privilegium, de bis, qui dare possunt. Et facit, quod

notat Bald. in *leg. 1. §. si defunctus, ff. de reb. eorum.*

Sed quæro de pulchra quæstione, scilicet, ut ex more videmus, Rex solet concedere facultates ad vendendum, & alienandum aliquas res majoriæ, seu obligandi eas pro dote, & arribus: quod de jure videtur Principem facere posse: cum ex ejus privilegio vires sumptit majoria, juxta notata per Bald. in *leg. qui se patris, C. unde liber. colum. antepenult. & traditur in plerisque locis, & facit ad hoc, quod not. Bald. in cap. 1. §. hoc quoque, colum. 2. versic. accidit quæstio, de successione. feud. & quia si lex mortua introductit res prohibitas alienari pro restitutione dotis, vel alias, ut in *authen. res que, C. communia delega. idem dicendum in lege viva, quæ est Princeps. An sic dare aliquem modum, ut Regi tollatur potestas dandi talem facultatem, ex qua potest venire subversio majoriæ? Et videtur dicendum, quod sic: scilicet, quod licentia ad majoriam detur propter pecuniam, vel in remunerationem, seu solutionem alicujus servitii, vel quia Princeps sibi aliquid debebat, & Princeps liberavit hoc acto, ut daretur sibi talis talis licentia: quia cum tali casu habeatur licentia mediante contractu cum Principe: erit irrevocabilis, & non poterit Princeps in ejus subversionem dare prædictam facultatem vendendi, seu extrahendi aliquam rem à majoria, quod probatur ex not. per gloss. in *leg. quod semel, ff. de decret. ab ordin. facien. & leg. 2. ff. de jur. immunita. & Bart. utrobique, & idem Bart. in *leg. omnes populi, ff. de justitia, & jure, num. 29. Bald. in dist. leg. qui se patris, Paul. de Castr. in *leg. digna vox, C. de legib.*****

Notabis tamen singulariter ad id, quod dixi, Principem posse dare tale licentiam vendendi, vel alienandi, quod si possessor majoriæ cui data fuit talis facultas vendidit: sed adhuc pretium non recepit, vel si recepit, non consumpsit, quod eo mortuo talis pecunia pertinebit tantum ad successorem in majoria, ut in bonis majoriæ convertatur, & non ad alios filios, vel hæredes per text. not. in *leg. si operarum judicio, ff. de oper. libero. juncta gloss. ibi, sed quare in certa.*

Quæro præterea, licet ex *leg. Taurina 42.* licentia debeat præcedere ad majoriam, tamen si sine licentia fiat, & à Principe confirmetur, tenet majoria, quid si aliquis fecit maioriam sine licentia, supplicavit tamen Regi in suo testamento, ut eam confirmaret, & mortuus est ante confirmationem, & hæreditate jam ejus filius delata, an si Princeps confirmet, postea patente filio majore, tenebit majoria? Videtur, quod sic ex notatis per Bart. in *leg. Gallus, §. quid si tantum, colum. fin. versic. quandoque ipse filius perit si legitimum, & tunc si pater hoc disposuisset in testamento &c. ff. de liberis, & postibus, & vide infra eadem gloss. versic. sed an si quis.*

Sed pone, quod quis leget filio talem rem in tertia parte bonorum, ex lege Regni in majoriam, qui etiam dicit, vel lego illi tales res, & tales de quibus facio majoriam, si Rex confirmaverit cui supplico, ut confirmet, quo facto mortuus est ante confirmationem, item, & moritur filius, in quem fecit majoriam, antequam Princeps super hoc aliquid declararet, an transmittet ad suos descendentes primam partem legati, illam videlicet rem, quam reliquit in tertia parte bonorum, qua non egubat Principis confirmationem? Et videtur, quod neque illam transmittat, neque ejus filius poterit petere confirmationem à Principe alterius partis legati, scilicet rerum quas reliquit, si Princeps confirmaret, & hoc per text. in *leg. cum ita, in princip. ff. quando dies lega. cedit, & ibi Bart. & eod. tit. leg. cum illud, neque obstat ad hoc, *leg. si usufructus, eod. tit.* quia loquitur, quando unum legatum deficit ex morte ipsius, cui legatur, unde purificatur aliud, seu prima pars alternativæ, ex quo sequitur, quod si legatum fuerit isto modo, relinquo filio meo talem rem in majoriam, vel talem, & talem si filius meus se obligaverit solvere fratribus suis certas quantitates, vel quid aliud, vel si voluerit hoc solvere: tunc enim si moriatur filius ante implementum conditionis, valebit prima pars legati, seu alternativæ: quia purificatur primam*